Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26829
Copyright: Admont, Benediktinerstift

stodia tenerent maiore illis sic me
ritu uenit inferri calamitate. Propter
has igitur huius causas etiam euthicus au
dire non fuerat. sed retinebatur inuinculis.
Tempore vero procurrente tyberius excepre
is tusculanum uenit. distante aroma
uno uallo stadiorum. c. Agrippa vero roga
bat antoniam ut ageret euthici ad
uersus se discutiret accusatio. Hono
rabilis quippe apud tyberium habebatur
antonia. et cognationis et dignitatis
gratia. nam drusi fratris eius uxor extiterat.
sed etiam uirtute pudicitie etate namque
uiridi uiduata permansit. spernens
secundi uiri coniugium cum etiam a sebasto cui
cumque nubere uiberet omneque suam
uitam liberam detractionibus GESSIT.
Tyberio namque beneficium grande prestite
rat. cui cum fuissent a seiano insidie
preparate amico uiri sui Jpotentiam
tem magnam habenti. quod multarum tunc
militiarum ductor extiteret. et quod in
consilium eius plures ex nobilitate concur
rerent libertorumque se adeum magna
manus ADDIDERAT.
Sed et milicia omnis fuerat ante corrup
ta. longe omnibus per dies augmentum acce
debat insidiis. Jpene seianus totum
opus impleret. nisi antonia seiani ma
lignitate prudentior: sua exercuis
set in hac causa FIDUCIA OS.
Nam cum cognouisset quid de tyberio trac
tarent. scribit ad eum omnia diligenter.
et per pallantem quendam seruum suum fide
lissimum litteras in capreas destinat
ad tyberium. Ille autem insinuata cogno
scens. seianum cum escuis uniuersis inte
rimit. antoniam autem licet eam etiam ante
uenerabile haberet uenerabiliorem
tamen ex eo habuit. eique in omnibus obe
diebat. Abhac igitur tyberius rogatus ut ex
amini daret euthicum. si quidem inquit ty
berius mendatium esset aduersus agrippam
quod dixerit. mertum habebit euthicus dignumque
sibi supplicium. si vero in examine datus
quid dicere uera claruerint. in illum quem causam
examinari compellit omnis pena reuer
tit. Sed agrippa cum ei hec abantonia
dicerent magis instabat. de pcans ex
aminationem cause FIERI.
Antonia vero non enim ualebat agrippam con
tempnere. quod erat uehemens in peten
do. tempus oportunum inueniens. pceden
te etiam gaio eius filio et agrippa pme
ridiano iam quippe pransi. pcesserant po
stulabat tyberium ut uocato euthico
celebraret examen. Tum ille. sciunt in
quit antonia dii. qa non mea sententia
sed ate coactus geram quicquid in hac causa fu
erit GESTUM.
Hec dicens. iubet macronem quem seiano succes
serat ut adduceret euthicum. At ille si
ne ulla dilatione cum eet adductus cepit
eum tyberius pcontari quod nam dicendum ha
beret aduersus eum quem ei libertatis min
indulserat. Tunc ille. odne inquit uehe
bat carruca gaius et agrippa cum eo. ego
autem ante pedes eorum assidebam. Jcum multa
sermones uerterent hoc etiam inter plura
locutus est ad gaium agrippa. O suueniat ali
quando dies quando isto fine defuncto
mundi tu suscipias principatum. nichil
enim tyberius filius eius impediet quod ate faci
le ualebit OCCIDI.
Tum enim mundus beatus erit. Jego cum eo beatus
efficiar: Tunc tyberius credibilia eiusdem gacta
sed reputans. simul etiam quod ira uetere
reseruaret agrippe. pptr quod eum iusserat
tyberium nepotem suum filium drusi frequen
tare suis cuentibus et curare. quam iussionem